Fragmentarium

ueſter celeſtis. ſi non remiſeritis unuſquiſque
fratri ſuo de cordibus uestris. Ne dicas
in lingua ignoſco. & corde differas ſup
plicium minuando uindictam. Nouit
deus ubi dicas. Vocem tuam homo
audit conſcientiam tuam inſpicit.
Si dicis dimitto. dimitte. Melius clama
ore. et dimittes in corde quam blandi
aris ore crudelis corde. Iam ergo obſer
uant pueri indiſciplinati. & diſcipli
na pueris danda eſt & nolunt uapu
lare qui ſic per ſcribunt nobis quando
uolumus dare diſciplinam peccaui.
ignoſce michi. ignoui. & iterum pec
cat. ignoſce ignoui. Peccat & tercio ig
noſce. eſſe tercio ignoui. Iam quarto
uapulet. Et ille ignoſce ignoui. & quin
to ignoui. & ſexto ignoui. et ſeptimo
iam uapulet. Et ille numerus ſeptua
gies ſepties fatigatur. hac perſcriptione
ſe ueritas diſcipline d[...]mit. repreſſa
diſciplina ſeuit impunita nequitia.
Quid ergo faciendum eſt. Corripiamus
uerbis & ſi opus eſt uerberibus. dilectione
hoc faciamus. dimittamus culpa corde.
abigamus quod nocet a fratre. Ideo enim
dominus ſubdit de cordibus uestris. ut ſi
per caritatem inponitur diſciplina. de
corde lenitas non recedat. Si ergo iſta
nouerim fratres mei. ut fratres uestros qui
peccauerint omni modo diligamus
de in corde nostro caritatem in eos dimit
tamus. & diſciplina cum opus eſt
demus. ne per ſolutionem uel per diſſo

lutionem diſcipline creſcat nequitia. & in
cipiamur propter hoc deo accuſari
quia recitatum eſt nobis peccantem
coram omnibus argue. ut ceteri timorem
habeant. Certe ſolus cum ſolo uerus
eſt diſtingue tempora. & ſolues queſti
onem. Verum eſt ſi peccatum eſt in
ſecreto. in ſecretum corripe. Si peccatum
publicum eſt & aptum publice corri
pe. ut ille emendetur. & ceteri timeant.
Sic et pater meus celeſtis faciet uobis. ſi
non remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de
cordibus uestris. Formidoloſa ſententia. ſi iux
ta noſtram mentem ſententia dei flectitur
atque mutatur. Si parua fratribus non dimit
timus. magna nobis a deo non dimitten
tur & quia poteſt unuſquiſque dicere ni
chil habeo contra eum. ipſe nouit. habet
dominum iudicem. non michi cura eſt quid
uelit agere ego ignoui ei. Confirmat
ſententiam ſuam & omne ſimulationem
fictę pacis euertit dicens. Si non remiſe
ritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus uestris.

Dominica xxiiii. ad philipenses

Fratres. Imitatores mei eſtote.
Id eſt me ſequimini. me fideliter imita
mini. non falſos apoſtolos. Et obſeruate eos
qui ita ambulant. Dupliciter dicitur
obſeruari. uel ad imitandum ut hic
uel ad cauendum ſicut ad romanos ait.
Obſeruate eos qui diſſenſiones & offen
dicula faciunt. Sicut habetis formam
noſtram. Id eſt formam doctrine noſtre.
Multi enim ambulant. quos ſepe dicebam

dnica. xx. iiii. lc. epl'e. b. p. a. ad philippenses.

License: public_domain – Leuven, KU Leuven Bibliotheken Bijzondere Collecties, Ms. 1501, fol. [1]r – Office lectionary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ucq6/7359/59187)